Quelle:
Copyright:

Castellani de Bononia tabula Syllogist. et Juridica.

193a – 208b

3.

Castellani de Bononia tabula Syllogistica et juridica. In fronte legitur hoc inscriptio: "Incipit prohemium tabule Silogistice et juridice edite a me Castellano de Bononia pro (predictos) in civitate perusy sub Anno Dm M.° ccc.° XLV de mes marcy". "Primum tractatum quore in fine in ultima colupna". Proemium incipit his verbis. "Quoniam affirmatur vel negatur aliquid fore juridicum". Inspicienti mihi locum designatum hoc se obtulerunt: "Primus Tractatus. Quid sine de loquar o veritas – – – Igitur de Domine deprecor Jesu Christe fili Dei vivi tua pietate – – – Michi Castellano quondam Nicolai De Bunaclellis (vel Bunaclellis?) nunc actu legenti ordinaria jura civilia in studio perusino" etc.

De hoc Castellano plures consului, sed altum ubique silentium, ita ut via ulli Eruditorum notus esse videatur. Ceterum an ipsius opus in Codice nostro perfectum absolutumque sit, dubito.

Jo. Caldi modi arguendi.

209a – 217b

4.

Predictis tabulis additum est aliud opusculum, cujus et tenorem et Auctorem forte ea profatiuncula divinare licet, quo his absolvitur: "Ad brevem et subtilem eruditionem juvenum quosdam modos arguendi preter alios duxi colligendum quosdam addendo et ea dolo allacione juvenum novorum inferendo". Jo. Cald.". Sed quis est iste Jo. Caldus? Fortassis Joan. Calderinus Doctor jur. canon. Bononiensis circa an. 1350. de quo Fabr. Bibl. med. et inf. lat. T. I. p. 327.